

factus P. Petrus Cotonus, regiæ conscientiæ moderator, jussusque strenuos quamprimum designare sacerdotes, qui solida tanti operis jacerent fundamenta, Societatis Præpositum admonuit. Ex omni, non juvenum modo, sed etiam senum, numero, laboriosam Missionem flagitantium, delecti sunt P. Petrus Biardus, Gratianopolitanus, theologiæ professor in collegio Lugdunensi; & P. Enemundus Massæus, Lugdunensis. Moram consiliis felicibus attulit Regis improvisa mors; & Societatis amicorum studia, qui navem & reliqua itineri necessaria comparabant, debilitavit. Sed invicta rebus adversis Cotonæ pietas, Reginæ auctoritatem interposuit, ut difficultates objectas profligaret. Ergo indicitur profectio: Patres Depam advolant, inde vela Novam in